



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Vindex Libertatis Ecclesiasticae || Et Martyr || S.  
Engelbertvs || Archiepiscopus Co-||loniensiſ Princeps ||  
Elector, &c.**

**Gelenius, Aegidius**

**Coloniae Agrippinae, 1633**

Notatio ad Caput Septuagesimum tertium.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9728**

Huxaria.

**F**Abrum hunc Betzelinum & vxorem eius Hildegun-<sup>A</sup>  
dem tradunt manuscripti fuisse Huxarienses. Hoxaria  
verò oppidum est ad Vilurgim Abbatis Corbeiensis iurisdic-  
tioni subiectum, quod olim Philippus Archiepiscopus Co-  
loniensis in iniuriarum ab Henrico Saxone illatarum vindi-  
ctam, incendio vastauit, vti narrat Gobelinus persona Cos-  
modromij ætate sexta.

## Caput Septuagesimum tertium.

*De Virgine à graui aegritudine curata.*Virgo  
morbida  
sanatur.

**V**IRGO quædam octo annis morbi cuiusdam infestatione adeò de-  
bilitata fuit & excruciatâ, vt absque alienis manibus nec edere, nec  
bibere, nec loco mouere se posset. Adducta igitur ad locum, vbi beatus  
Episcopus sanguinem fudit, mox vt illum attigit, sanata est.

Notatio ad Caput Septuagesimum  
tertium.

**M**Anuscripti Virginem hanc inquilinam dicunt pagi<sup>C</sup>  
Hagensis, cuius capite 46. memini. pag. 254.

## Caput Septuagesimum quartum.

*De Puerò mente capto & sanato.*1237.  
Puer mète  
captus  
curatur.

**H**Oc anno, qui est à Christo nato millesimus ducentessimus tricesi-  
mus septimus, puer quidam annos plus minus sedecim natus, sed  
mente captus, à matre ductus est in beati ENGELBERTI Ecclesiam, quæ  
est in Giuelsberg. Stanti autem illi in eo templo, quidam sic ait: Abi  
ad altare, & sublatis manibus ora beatum pontificem, qui illic sangui-<sup>D</sup>  
nem suum fudit, vt te sanet. Fecit ille, vt iussus erat, & curatus est.

Notatio ad Caput Septuagesimum  
quartum.Mscr. Mo-  
nasteriensis.

**H**Ætenus manuscripti Svvelmensis plerumque fidem  
secutus, nunc quæ sequuntur ex Monasteriensis restituo,  
quòd in illis prior deficiat.

Caput